

Litterae Latinae tempore liberae rei publicae: tragoedia et satira

Neven Jovanović
Odsjek za klasičnu filologiju
Filozofski fakultet Sveučilišta u Zagrebu

20. studenog 2009.

1 L. Accius (a. 170--90-80 a. Chr. n)

ATREVS óderint,
Dum métuant.

Sed quíd tonitru turbída toruo
Concússa repente aequóra caeli
Sensímus sonere?

ATREVS natís sepulchro ipse ést parens.

2 L. Afranius (coaevus Lucilii)

AVGVR

Vóltus est falláci aspectu páries pictus pútidus.

CINERARIVS

 alius ést Amor,
 Aliús Cupido.

DIVORTIVM

Vigiláns ac sollers, sícca sana sóbria:
Virósa non sum, et sí sum, non desúnt mihi
Qui ultró dent: aetas íntegra est, formaé satis.

TALIO

Vos quibus cordi est intrá tunicam manus laéua, [at] dextra in eríle penum

VOPISCVS

(vopiscos appellabant a geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interrempto abortu)

ápage sis:

Dirám tuam animam in náribus primóribus
Vix pértili edepol.

3 Publilius Syrus (aetate Caesaris)

Sententiae

- Aut amat aut odit mulier, nihil est tertium.
- Bene dormit, qui non sentit, quam male dormiat.
- Cui nolis saepe irasci irascaris semel.
- Discipulus est prioris posterior dies.
- Ex uitio alterius sapiens emendat suum.
- Fortuna uitrea est: tum cum splendet frangitur.

4 C. Lucilius

(a. 180? 168? 148? -- 102 a. Chr. n)

nunc uero a mani ad noctem, festo atque profesto
totus item pariterque die populusque patresque
iactare indu foro se omnes, decedere nusquam,
uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
uerba dare ut caute possint, pugnare dolose,
blanditia certare, 'bonum' simulare 'uirum' se,
insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

si nosti, non magnus homo est, nasutus, macellus.

cui neque iumentum est nec seruus nec comes ullus:

bulgam, et quidquid habet nummorum, secum habet ipse,
cum bulga cenat, dormit, lauit. omni⟨a⟩ in una
⟨sunt⟩ homini bul⟨ga⟩: bulga haec deuincta ⟨la⟩certo est.

tres a Deucalione grabati restibus tenti
pluma atque am⟨ph⟩itapoe et si aliud quid deliciarum

h⟨i⟩c tu apte credi⟨s⟩ quemquam latrina petisse? ⟨r⟩ador subuel-
lor, desquamor pumicor, ornor,
expilor ⟨ex⟩pingor

arripio, et rostrum labea⟨s⟩que hoc ⟨uoci⟩feranti
percutio dentesque aduorsos discutio omnis.

Luc⟨i⟩us Cotta senex, crassi pater huius, Paceni,
magnus fuit trico nummarius, soluere nulli
lentus.

non paucis malle ac sapientibus esse probatum
ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν?